De Gaio Caligula

GErmanicus· Ceesaris pater Drusi & minoris
Antonie filius a Tiberio patruo adoptatus ques
turam quinquennio anteq̄ per leges licer&·
et post eam consulatum statim gessit· Missus
q; ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nuntiato legi
ones uniuersas· Imperatorem Tiberium pertinacissime recu
santes & sibi summam rei pu· deferentes incertum pietate
an constantia maiore compescuit· Atq; hoste mox deuicto triu-
phauit consul deinde iterum creatus ac priusq̄ honorem inir&
ad componendum orientis statum expulsus cum Armenie
regem deuicissā Capodociam in prouintie formam redegiss&
annum etatis agens quartum & trigesimum diuturno mor
bo Anthiochie obijt non sine ueneni suspitione· Nam preter
liuores qui toto corpore erant & spumas que per os fluebāt
cremati quoq; cor inter ossa incorruptum repertum est· Cu
ius ea natura existimatur ut tinctum ueneno igne confici
nequeat· Obijt autem ut opinio fuit fraude Tiberij ministeio
& opera CN· Pisonis qui subidem tempus Syrie prepositus nec
dissimulans offendendum sibi aut patrem aut filium quasi
plane ita necesse ess& etiam egrum germanicum grauissimis
uerbo℞ ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo affecit·
Propter quod ut Romam redijt pene discerptus a populo a
Senatu capitis damnatus· Omnes germanico corporis animiq;
uirtutes & quantas nemini cuiq̄ contigisse satis constat for
mam & fortitudinem egregiam ingenium in utroq; eloquē
tie doctrineq; genere precellens beniuolentiamq; singularē
conciliandeq; hominum gratie & promerendi amoris mirū
& efficax studium· forme minus congruebat gracilitas cru
rum sed ea quoq; paulatim repleta assidua equi uectatiōe
post cibum hostem comminus sepe percussit· Orauit etiam
cās triumphalis· atq; inter cetera studiorum monimenta
reliquit· & comedias grecas domi forisq; ciuilis libera ac se

